UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

48. Do, 15. post Trinit. de duobus dominis. Matt. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

animi non tantum confiteri Deo, ſed e-
tiã ſacerdoti. Curati vero ſunt in via, dum
irẽt, vt diſcas quanta ſit virtus fidei & obe-
dientiæ, & ideo libenter inſpirationi diui-
næ parere.

Vnus videns ſe mundatum, rediit, & voce 3.
magnæ ſupplex Chriſto gratias egit, & hic
erat Samaritanus & alienigena. Conſidera,
leproſum hunc, quia gratus fuit, maiora
dona meruiſſe, nempe ſanitatem animæ,
Chriſtus ſiquidem ei dixit. Vade, fides tua
te ſaluum fecit cæteri nouem, quia ingra-
ti, anima & corpore perierunt. 2 conſide-
ra vnum tantum ex decem ſaluari, & ve- *Matt.*
ram eſſe ſententiam Chriſti. *Multi ſunt vo-* 20.
cati, pauci vero electi. Et ſaluari quidem
alienigenam præ aliis, vt ſcias Deum non
eſſe acceptorem perſonarum, ſed omnibus
gratiam ſuam impertiri, qui eam non re-
ſpuunt.

DOM. XV. POST TRIN.
De duobus Dominis, Matth. 6.

IESVS *dixit diſcipulis. Nemo poteſt duo-* 1.
bus Dominis ſeruire. non poteſtis Deo ſerui-
re & mammonæ. Conſidera hic per duos
Dominos, intelligi duos contrarios, Deum

& dæmonem, qui dicitur mammon, id eſt
Deus diuitiarum. Hi enim contraria ſu
dent. Deus vult cœleſtia appeti, carne
domari, ſuperflua noſtra dari pauperib
dæmon verò vult appeti temporalia, ca
nem deliciis nutriri, aliena rapi. Si erg
vis Deo ſeruire, neceſſe eſt vt cœleſtia qu
ras, non carnis illecebras, non opes, h
nores, voluptates, quas Deus vult co
temni.

2. *Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ v
ſtræ, quid manducetis, neque corpori veſt
quid induamini.* Conſidera hic Chriſtu
quatuor vel quinque argumentis proba
nos debere ſolicitudinem de rebus ad v
tam ſuſtentandam neceſſariis reiicere
ſolum Deum omnium bonorum aucto
Pſ. 49. rem, iuxta illud. *Iacta ſuper Dominum c
ram tuam, & ipſe te enutriet.* Vnde diſci
quanta vanitas ſit mundanorũ, qui à m
ne ad veſperam nulli rei, niſi victui cura
do ſtudent, ac ſi Deus non eſſet in cœlo ſ
licitus de nobis ſuis filiis. Et contra, qua
ta felicitas religioſorum, qui victu & am
ctu parco contenti, Deo ſe totos conſe
crarunt.

3. *Quærite primum regnum Dei, & iuſt
tiam eius, & hæc omnia adiicientur vob*

Conſi

Conſidera, cum primo quærere nos regnum Dei, cum operam damus, vt ſimus in Dei gratia, & mandata eius obſeruemus; per hæc enim peruenitur ad regnum Dei. Deinde, cum quicquid cogitamus, loquimur & facimus, ad Dei gloriam ,& ſalutem animæ noſtræ facimus. 2. Conſidera, vbi id fecerimus, nobis etiam in amictu & victu neceſſaria, (modo ſolicitudinem aliquam moderadam non negligamus) minimè defutura; nam anxiam tantum & immoderatam ſolicitudinem rerum temporalium damnat Dominus. *Col. 3.*

DOM. XVI. POST TRIN

De filio viduæ Naim.

Luc. 7.

CVM IESVS *approquinquaret portæ ciuitatis Naim, ecce defunctus efferebatur filius viduæ.* Conſidera horam mortis omnibus etiam iuuenibus & ſanis eſſe incertam, & ideo vigilare debere. 2. te tantũ in vita mundo gratum fore, poſt mortem autem foras ſtatim exportandum, & ideo non mundum, ſed ſanctam vitam, operaq́; bona amplecti debere cum Chriſto: quia illa te poſt mortem non deſerent. 3. defun-